



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726


Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117840

Præfatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](#)



PRÆFATIO.

E
prœlo exit, amice Lector,
Historiæ nostræ Tomulus
nonus, Res Ecclesiæ ab an-
no Salutis sexcentesimo tri-
gesimo tertio usque ad an-
num septingentesimum vi-
gesimum sextum complectens. In illis
profecto nihil magis obstupescendum oc-
currit

PRÆFATIO.

currit quam exitialis Sectæ Mahometanæ ortus ; quippe anno sexcentesimo vigesimo secundo incipit Hegira, seu Æra Mahometis, qui se ipsum Moysi & JEsu Christo exæquare ausus, Arابum impostor, & Christianorum grave flagellum extitit. At Pseudo-Prophetam fuisse , vel hoc solum demonstrat, quod ejus qualiscunque Doctrina non prædicatione pacifica, sed armis, prœliis, victoriis, cæde & sanguine in multas Imperii provincias invecta sit, & nunquam ultra Musulmannicæ Potentiæ limites propagata. In hac etiam periodo Ecclesiam Orientalem perturbavit Hæresis Monothelitarum Hæresis Eutychianæ filia , quam Heraclius Imperator edita sua Ecclesi confirmare, Constantius vero utrique parti indicto de hac controversia silentio suppressione conatus est, & tandem Concilium Constantinopolitanum Universale sextum anno sexcentesimo octogesimo cum suis Fautoribus damnavit. Contra Ecclesiæ Occidentales Angliæ & Hispaniæ magna ceperunt incrementa, atque Romanæ Sedis cura missi ad

præ-

PRÆFATIO.

prædicandum Evangelium Viri Aposto-
lici S. Rupertus, S. Corbinianus, S. Bo-
nifacius Fidem Catholicam in Germa-
nia tam inferiore quam superiore latis-
sime disseminarunt.

In conspectu Sæculi VII. dicit Ca-
ve, Scriptor notissimus: *Episcopi Oe-
cumenici Titulum a Phoca Tyranno,
bipedum nequissimo eo in Pontificem pro-
pensiore, quo infensiore in Cyriacum Pa-
triarcham animo, impetrat Papa Boni-
facius III. circa annum sexcentesimum
sextum, non obstante quod nuper hunc
Titulum, velut nomen novum, blasphe-
mum, singulare, inanis gloriæ tumorem,
novam superbiam, superbiæ & confusio-
nis malum, diabolicæ usurpationis ten-
tationem, superstitionem, temerarium, &
nefandum elationis vocabulum, primi A-
postatae inventionem, & Antichristi præ-
cursorum, in Sedis Constantinopolitancæ
Episcopis diserte & palam damnauerat
Bonifacii Prædecessor, Gregorius Ma-
gnus.*

Phocas haud dubie potuit esse Ty-
rannus, Cyriaco Patriarchæ infensissi-

(3) mus,

PRÆFATIO.

mus, & nihilominus veritatem agnosce-
re, quod Primatus & Poteftas in uni-
versam Eccleſiam non Epifcopo Con-
ſtantinopolitano ſed ſoli Epifcopo Ro-
mano competat. Atque hic eſtfen-
ſus Declarationis, quam Bonifacius III.
a Phoca impetravit, nam nec ipſe nec
eius in Cathedra Petri Successores Ti-
tulo Epifcopi Oecumenici uſi fuiffe le-
guntur. Sed homini Protestantī famæ
alicujus Romani Pontificis quaqua no-
cere volupe eſt. Refert etiam Cave
propagatam fidem in hunc modum:
*Fides Christiana hoc Sæculo per varia
Anglo - Saxonum Regna longius latius-
que propagatur, quin & ex hac Gente,
ſeu fonte perenni, plures amnes in exte-
ras etiam nationes derivati. Hinc Suid-
berti, Wigberti, Wilfridi, Willebror-
di, aliorumque Anglorum laboribus, Fri-
ſones, Germani, aliique septentrionales
populi ad Fidem Christi convertuntur.*
Inde agnoscas, hunc Scriptorem eſſe
natione Anglum; ſed populares ſuos
laudare, ubi laudabiles ſunt, nemini vi-
tio vertitur. At vero jam attendamus,
eſſe ſimul Scriptorem ab Eccleſia Ca-
tholica

PRÆFATIO.

tholica alienum, nam ille ipse Cave,
qui in hoc suo Conspectu Bonifa-
cium III. a Tyranno Titulum Episco-
pi Oecumenici impetrasse, Honorium
Papam labe Hæresis Monotheliticæ
maculatum, & in Concilio Generali VI.
anathemate percussum diligentissime
adnotavit, pertinaci solertia reticuit,
hos Viros Apostolicos in Anglia natos
non solum in Communione Romanorum
Pontificum vixisse, sed etiam ab
iisdem ad prædicandam Frisonibus &
Germanis fidem missos fuisse.

Ita nimirum hic Scriptor Prote-
stans, quæcunque honori Romanorum
Pontificum aliquid detrahere possunt,
memorat, quæ vero eorum Auctorita-
tem & Potestatem clarissime probant,
omittit. Ubi amor veritatis? Ubi ne-
cessaria Scriptori Historiæ Ecclesia-
sticæ sinceritas?

Ceterum monitus fui, quibusdam
hujus Versionis Lectoribus non pro-
bari, quod multa vel ex Sacra Scri-
ptura vel aliis Auctoribus excerpta

) (4 litte-

PRÆFATIO.

litteris *Cursivis* imprimantur, quamvis Sacræ Scripturæ vel Auctorum verba ipsa non sint. Ideo profiteor, id nullatenus ea mente fieri, ut quis credit, esse ipsa Sacræ Scripturæ vel Auctorum verba, nam Fleurius sensum non verba reddere voluit, quod fideliter implevit. Literæ autem *Cursivæ* in commodum Lectoris adhibentur, ut sine morosa reflexione sciat, an Fleurius, vel aliquis aliis, ipso sensum referente loquatur.

Vale & lege.



CON-